Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Genesis

23.

possidete ea. Sed et sichem ad
patrem et ad fratres eius ait. Inve-
niam gratiam coram vobis, et quod
cuique statueritis dabo. Augete
dotem muneribus postulate, libe-
ram tribuam, quod petieritis, tantum date
mihi puellam hanc uxorem. Rederunt
filii iacob sychem, et patri eius
in dolo loquentes obstupefecerunt pro-
pter stuprum sororis suae. Non possumus facere quod petitis
nec dare sororem nostram homini
incircumciso, quod illicitum, necessarium
est apud nos. Sed in hoc valebimus
federari, si esse volueritis nobis
similes, ut circumcidatur in vobis omne
masculinum sexus. Tunc dabimus
et accipiemus mutuo filias vestras
et vestras, et habitabimus vobiscum
eximusque unus populus. Sin autem circum-
cidi nolueritis, tollemus filiam nostram
et recedemus. Placuit oblatio
eorum omnibus et sichem filius eius,
nec distulit adolescens quin statim
quod petebatur expleret. Amabat
enim puellam valde, et ipse erat
inclitus in omni domo patris sui.
Ingressique portam urbis locuti
sunt populo. Isti pacifici sunt
et volunt habitare nobiscum. Nego-
tientur in terra et exercentur ea
quae spatiosa et lata est, et ali-
torum in ducent. Filias eorum ac
accipiamus uxores, et nostras illis
dabimus. Unum est quod differt
tantum bonum. Si circumdamus mas-
culos nostros, ritu gentis muta-
tus, et substantia eorum et pecora
et cuncta quae possidet nostra erunt.
Tantum in hoc acquiescant et
habitantes sint. Unusque efficiamur
populus. Assensi sunt omnes circum-
cisis maribus. Et ecce die tertio
cum grassaretur dolor est vulneratis
arreptis duo iacob filii simeon
et leui fratres dinae gladiis in-
gressi sunt urbem confidenter interfe-
cerunt omnes masculos eorum,
et sichem pariter ne necnon
tollentes dinam de domo sichem
sorore sua. Quibus egressis
reliqui omnes, caesi filii
iacob et depopulati sunt urbem
in ultionem stupri. Oves eorum et
armenta, et asinos, cuncta vas-
tantes quae in domibus et in agris
erant parvulos quoque et uxores eorum
duxerunt captiuas. Quibus pa-
tratis abiit iacob dixit ad
simeon et leui. Turbastis me
et odosum fecistis chananeis et
pherezeis habitatoribus terre huius.
Nos pauci sumus illi congregati
percutient me et delebor ego et
domus mea. Rederunt. Quid
ut scorto abuti debuerunt sorore
nostra.

38m Capitulum

Interea locutus est dominus ad iacob
Surge et ascende bethel et
habita ibi, facque altare deo qui
apparuit tibi, cum fugiebas esau
fratrem tuum. Iacob vero quoque ait
omni domui sue. Abicite de-
os alienos, qui in medio vestri
sunt, et mundamini ac mutate
vestimenta vestra. Surgite et as-
cendamus in bethel, ut faciam
ibi altare deo, qui exaudiuit
me, et fuit socius itineris mei.
Dederunt ei ergo omnes deos
quos habebat et inaures quae
erant in auribus eorum. At ille in-
fodit ea subter therebinthum
quae est post urbem sichem. Cu-
que profecti essent timor dei in ua-
sit omnes ciuitates circumiacentes, et
non sunt ausi persequi recedentes.
Venit ergo iacob luzam quae
est in terra chanaan cognomento